

The Electronic Manipulus florum
www.manipulusflorum.com

Tribulatio am
cum uariis

Ideo forsitan temporaliter te punit ut eterne mortis ardores pena redimat temporalis. In edificatione enim templi omnes lapides prius malleis tundebantur ne in illorum positione sonus mallei audiretur. Nec in horreo Domini reponitur granum, donec flagellis aut triturancium pedibus sit excussum. Sic et uiui lapides qui ponendi sunt in illa celesti Ierusalem que edificatur ut ciuitas uariis infortuniorum concussionibus poliuntur quam in edificio celestis habitaculi collocentur.

Petrus Rauennas in quadam epistola.

Varia in MANUSCRIPTIS (B C M) et in IMPRESSIS (P V¹ V² L¹ L²):

Tribulatio am] Tribulatio an P V¹ V² L¹ L²; ideo *om.* V² L¹ L²; templi] temporali P V¹ V² L¹ L²; ponendi *om.* (*cor. in marg.*) M; poliuntur] prius *add.* P V¹ V² L¹ L²; in *om.* (*cor. in marg.*) M; Rauennas] Chrysoloras V² L¹ L²